

Canis et Lupus:

Ecce Lupus!

Ecce silva!

Lupus domum habet in silva.

Lupus in silva cibum quaerit.

Non multum cibum invenit.

Lupus macer est.

Quam macer Lupus est!

Ecce Canis!

Canis domum habet in urbe.

Canis Dómino servit.

Dóminus cibum Cani dat.

Dóminus multum cibum Cani dat.

Canis pinguis est.

Quam pinguis Canis est!

Canis Lupo occúrrit.

CANIS: "Salve, amíce!"

LUPUS: "Salve, amíce!"

LUPUS: "Mirátus sum: quam pinguis es tu!"

LUPUS: "Cibum semper quaero, sed saepe non invénio."

LUPUS: "Unde tantum cibum habes tu?"

CANIS: "Dóminus meus cibum mihi dat."

CANIS: "Cibum mihi dat de mensa sua!"

LUPUS: "Sed vídeo in collo tuo cicatríces."

LUPUS: "Unde cicatríces in collo habes?"

CANIS: "Mi amíce, hoc nihil est."

CANIS: "Intérdum me álligant caténa."

CANIS: "Caténa cicatríces mihi in collo facit."

LUPUS: "Quam miser es tu, Canis!"

LUPUS: "Cibum habes."

LUPUS: "Sed cibus servitútis est."

LUPUS: "Vale, mi amíce!"

LUPUS: "Volo vívere in libertáte, non in servitúte."